

Sermo

id est affectus meos in testimonia tua. Que enim mulier si nobilissimum virum haberet et prebensa ab eo in adulterio non statim surgeret verecundiaz indueret et ad virum indulgentem et suppliciter vocante non statim accederet. et veniam lacrimis postulareret. Sed talis est anima christi sponsa peccato prostituta. ergo ipse dicit anime. **Die. iij.** Tu inquit fornicata es cum amatoribus multis tamen reuere ad me et ego suscipiam te solum hoc peto a te. ut in te recognoscas virum tuum me dominum tuum offendisse. unde statim subdit ibidem **Leua oculos tuos indirectum et vide vbi non prostrata sis.** **Summa et inenarrabilis pietas domini dei nostri.** fornicatur pro: aliquid hominis et statim eam expellit. et virumque et parit. sed peccat anima christi sponsa nec uno tantum nec pluribus peccatis sed modis innumeris cum mundo. carne et dyabolo. et statim si redeat statim eam vocat ad se et omnia peccata condonat. immo quod maius est nolentem redire vocat ut redeat. et ut reuertatur reuocare non cessat. **Unde dicitur Die. iij.** **Conuertimini filii reuertentes.** quod ego vir vester et assumam vos. **Et multa ponit ibi de hac materia**

Secundo ad conversionem nos mouere debet gratia quam peccando perdidimus. **Quis enim non doleret si perderet frumentum in horreis positum. Quis si perderet vinum in dolis conseruatum. Quis si amiserit asinum bouem vel equum. Quis in super non doleat si perdat thesaurum diu in serineis conseruatum. sed quantum credendum est omnis thesaurus corporalis comparatus spirituali. Quid est enim corpus ad animam. ergo quantum est anima corpore nobilior. tanto thesaurus anime est thesauro corporali melior. ac igitur thesaurus anime est quo solo anima diues est. ergo si tantum doles per amissionem thesauri corporali. quantum dolere decet habere pro amissione thesauri spiritualis ergo si perdidisti necesse habes ad deum conuertiri ut eum recuperes quod amissum est Item consi-**

dera aliud **Si enim aliquis haberet a rege francie aliquod signum quo habito esset amicus regis. quo ostentopateret ei quam docuisset vellet ingressus ad regem et quo signo seruato deberet a rege regnum magnum accipere. dic si potes quantum doleret si signum hoc perderet. multum enim doleret et paupes si contingat eos perdere signum per quod admittunt ad elemosinam pape. quantum putas dolerent. sed gratia est tale signum quo habito amici sumus regis eterni. et quo ostenso ad intima secreta eius admittimur et quo seruato eternum regnum accipimus. ergo nonne dolebit ex omnibus mendaciaz precordiis qui hoc signum per negligentiam suam perdidit. ergo fratres mei ratione signi perditum debemus cum apostolo ad christum conuertiri. **Unde dicitur nobis Joel. ij.** **Conuertimini ad me in toto corde vestro. in ieiunio fletu et planctu. et scindite corda vestra et non vestimenta vestra ecce qualiter debet conuertiri ad deum qui eius perdidit signum.** **Nam debet esse conuersio perfecta et integra. quod corde toto debet esse corporis afflictiva. quod in ieiunio debet esse lacrimosa. quod cum fletu multo debet esse dolorosa corde perfecta et conuictio. et quia sic ad christum hic sanctus apostolus est peruersus poterat dicere illud **Die. xxxj.** **Postquam conuertisti me egi penitentiam. et illud Job. xlij.** **Ideo me reprehendo et ago penitentiam in favilla et cinere.** **Quanta fuit huiusmodi apostoli penitentia quam dura quam aspera quam diuturna in discurrendo in predicando. in fame in siti et calore et frigore et ultimo morte per domino sustinendo. vnde apostolus de se aliusque apostolis. **Cor. iij.** **Puto enim nos deus apostolos nouissimos ostendit tantumquam morti destinatos. quod spectaculum facti sumus mundo angelis et hominibus. et addit usque in hanc horam. et esurimus et sitimus et nudi sumus. colapsumus cedimus. et infames sumus etc.** **Sed quis hodie dolet de gratia perdita. Quis laborat ut gratiam amissam recuperet per penitentiam. Unde dicitur **Die. ij. di.** **Quare dixit**********